



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Jus Canonicvm R.P. Pavli Laymanni, Soc: Jesu Theologi, Et
Olim In Alma Et Episcopali Academia Dilingana SS.
Canonum Ordinarii Professoris**

Laymann, Paul

Dilingæ, 1666

Capitvlvm XI. Cùm contingat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62559](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62559)

NOTANDVM II. Nihil impedit, quod minus aliquis ad preces aliorum eligatur, aut iniiciatur in beneficio: dummodo non propter preces, seu intuitu preci id fiat principaliter, sed quia persona digna est. Quod si autem propter preces aliquis promoueat, quia dignus non est, aut minus dignus quam alij, tunc committitur peccatum acceptionis personarum, in eo consistens, ut dixi lib. 4. Th. mor. tr. 2. c. 15. n. 6.

CAPITVLVM XI.

Cum contingat.

PARAPHRASIS.

Laici frequenter solebant ab Abbatibus Monasteriorum, quorum subditi erant primam tonsuram accipere. Sed dubitauit Archiepiscopus Rhomagensis, vtrum per hanc tonsuram ordo clericalis conferatur. De ea re consultus Innocent. III. respondit: Secundum 7. generalis Synodi decretum, quod refertur c. 1. d. 69. Abbatibus, si sacerdotes, & ab Episcopo benedicti sint, permisum esse, ut in proprio Monasterio per primam tonsuram iuxtaformam Ecclesiæ datam, ordinem clericalem conferant.

S V M M A R I V M .

1. Prima tonsura est ordo clericalis latè: quia per eam clericus constitutus.
2. Abbas ab Episcopo benedictus olim in suis Monasterijs primam tonsuram & quatuor Minores etiam secularibus conferebat: quod hodie quoad seculares sublatum est per Trident.

NOTANDVM I. Prima tonsura dicitur ordo clericalis latè: quia per eam Clericus constitutus seu ordinatur. Exinde autem tanquam à fundamento, vltiores ordinū ac potestatum gradus usq; ad sacerdotij apicem, numerantur septem, qui proprie & strictè ordines dicuntur, iuxta Trid. less. 23. c. 2. & can. 2. de Sacram. Ordinis: Episcopatus denique haud dubie sacer ordo

est. Sed ideo (secundum communem loquendi consuetudinem) numerum non auget: quia nō omnino seu adæquatè distinctus est ab ordine presbyteratus, sed eum in se includit; neq; nouum characterem confert, sed in ordinatione presbyteratus acceptum auget ac perficit. Vide, quæ dixi lib. 5. Th. mor. tr. 9. c. 3.

NOTANDVM II. Olim Abbates ab Episcopo benedicti in suis Monasterijs primam tonsuram (quatuor minores) etiam secularibus subditis suis conferebant. Id autem, quoad seculares, sublatum est in Trident. less. 23. c. 10. de reformat. Qua de redixi in c. 1. de suppl. neg. Prælatorum.

CAPITVLVM XII.

Intelleximus.

PARAPHRASIS.

Canonicus regularis postquam diu in Monasterio laudabiliter versatus absque dispensatione transiit ad ordinem Monachorum, in eoque tempore aliquo commoratus, postea poenitentiâ motus petiit & impetravit, ut in Monasteriū, unde discesserat, reciperetur. Ibi tam laudabiliter vixit, ut vnanimi Fratrum consensu electus fuerit in Abbatem. Eare intellecta, scribit ad ipsum Innocent. III. vt memor esset, quidnam ab Urbano II. in c. mandamus, causa 19. q. 3. decretum fuerit: Ne Canonicus regularis, nisi publicè lapsus esset, Monachus fieret: Alioquin ad ordinem Canonicorum revertatur, & cunctum tanquam memoriale suæ transgressonis, deferat, atque ultimum in choro locum teneat.

S V M M A R I V M .

1. Canonicis regularibus concessum est transire ad ordinem Monachorum, sed non vice versa.
2. Ordines Religiosorum, qui dinanzi missis

Vuu 3 nifce-